Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

corpus simul et iacebat mortuus in sepulchro et manebat vivus sub sacramento
In ara crucis pariebat et sub forma panis non lædebat Ut qui mirabile
induitur ut secundum eundem natus simul esset mortalis et immortalis quod tamen con
cedat ei secundum eandem personam Fuerunt quidam qui dixerunt quod corpus mor
tale vitiosum fuit sed voluntate non necessitate In eo quippe quod immunis
erat ab omni culpa liber erat ab omni pena et nihil mortis debebat quod
prius nihil haberet Sustinuit tamen sponte mortalitatem quam mortem
sustinere volebat Quia si mortalitatem non sustinuisset omnino mori non po
tuisset Et ergo placuit quia mortalis erat non necessitate sed voluntate
Et in voluit mortalitatem deposuit et cum voluit mortalitatem recepit
Legimus enim in evangelio quod cum iudei duxissent Dum usque ad supercilium montis ut
eum precipitarent ipse transiens per medium illorum ibat Cum esset decendus
tenere se sicut passibilem tollerabat Ut cum esset precipitandus sicut impas
sibilis per medium illorum ibat Quatuor in sunt glorificati corporum
que qualitates videlicet Claritas Subtilitas Agilitas et Impassibilitas
De quibus legimus effulgebit iusti et quod tamen sunt talle in corpore deo decet
Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum Et ita non erit a
plius neque luctus neque clamor in Sunt et dominus inquit in evangelio Me
suram bonam confertam et coagitatam et superfluentem reddent in
sinum vestrum Singulas subiecit corpus sigillatim accepit quatenus resur
gens a mortuis naturam glorificati corporis induisset Subtilitate cu
nasceret ex virgine Claritate dum transfiguraret in monte Agi
litate cum iret decent super mare Impassibilitatem cum manducaret in
cena Cum enim signum passibilitatis exhibuit in corpore immortali cum
post resurrexit ostendit manus et latus Cum in corpore mortali signum
impassibilitatis ostendit cum carnem et sagrumenta in passionem ex
hibuit Potest tu salua fide credi quod tale tunc dedit quale tunc
habuit Mortale vis et passibile Non quod posset pati sub sacramento Ut
quod sub sacramento potest pati Hic autem sumit a nobis immortalem et im
passibile Licet tu nunc maiore habeas efficaciam sicut nec maiore habes
potentiam Et quomodo passibilis edebat et tamen non lædebat non est hua
ne nec est dum potentia qua valebat quidquid omnino volebat Utrum
Discipulus suus Dubitari solet Iudas acceperit Eucharistiam
Utrum Iudas cum aliis acceperit Eucharistiam Lucas enim ostendit Iuda
nunquam fuisse cum aliis qui statim post talem traditorem commemorat
dicens Ecce est calix novi testamenti in sagrumento meo qui pro vobis effu
ndetur Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa Et
quot aut nunquam Eucharistiam acceperunt Marco attestante
qui aut Et biberunt ex illo omnes Inquit quod Dominus ipse preceperat